

tentur quinq<sup>z</sup> sesquioctavas esse in Diapason, necesse est, ut excessus, quo sex sesquioctavæ duplam excedunt, extono subducatur & residuum in duas partes dividatur, quæ partes vocantur Semitonia minora: Excessus autem ille vocatur comma. Verum si ijdem veteres putaverunt Tonos fieri & constare ex solis sesquioctavis, plurimum errarunt. Demonstrationes enim manifestissimæ evincunt, tonum non solum esse in sesquioctavâ, sed etiam in sesquinona proportione, ut ita sextoni in sonis non modò Diapason non superent, sed etiam non aquent, cum ipsis desit Diesis Enharmonica, ut videre est in tribus Ditonis, qui sextonos in sonis aequaliter, Demonstratio est hac:

Denominator Communis.	Numerator Ditoni.	Numerator Duplæ.
2. 5	Dupla Ditonius	Proportio 4
1 10		8
2 50		32
3 250		128
		5 25

Tres Ditoni adhuc minores sunt, & non attingunt proportionem duplam, cum numerator Ditonorum adhuc major sit, quam-

K                          numeræ